

Astr. re-
form. l. I.
c. 16.

gæ, industriâ possibili habitis, momenta Æquinoctiorum, quotquot ex Waltheri ab anno 1475. in annum 1504. obtentis 746. nostris autem ab anno 1682. in annum 1718. collectis, plusquam quatuor altitudinum Solis meridianarum millibus utrinque observatarum scrupulosius elicere licuit, deducamus, eorumque interstitia ex annis bissextilibus vel eadem specie sibi respondentibus, deducta conferamus, indeque præcessionem æquinoctiorum colligamus & in annuas reducamus; cumque propter jam memoratas observationum imperfectiones inevitabiles, ex collectis, idem ubique, quem desideramus, exactè haud emergat numerus: ex multitudine tamen earum, factâ conciliatione arithmeticâ, seligamus medium, & ab observatis plerisque haud adèò sensibilibiter abludentem, eumque pro veriori statuendum esse numerum, istique superinstructa, præsertim instituti finem primarium, Tabulas (quæ, ubi quandoque ab observationibus aliquantillum discrepaverint, culpam in istas potiùs rejiciendas esse, expertissimus commonet Ricciolius: Cum tabulæ vinculo geometrico & arithmetico sibi cohærentes non possint tam propè, verum exhibere in æquinoctialibus observationibus & enormiter aberrare in aliis, ideoque ad æquinoctiales potiùs observationes, tanquam ad lapidem Lydium esse expendendas) satis confidenter adhiberi posse, neutiquam porrò dubitandum erit.

I.N.J.